



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jnstitutio moralis philosophie metrica**

**Horatius Flaccus, Quintus**

**Dauentrie, 1504**

Sequitur secundus liber epistolaru[m]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70184](#)

## Cliber Secundus.

Salicet ut prostes Sosiorum pumice mundus  
Odisti claves et grata sigilla pudico.  
Paucis ostendit gemis, et communia laudas  
Non ita nutritus fuge quo discedere gestis:  
Non erit emissio redditus tibi: quid miser egi:  
Quid volui: dices: ubi quis te deserit: et scis  
In breve te cogi: cum plenus languet amator  
Quod si non odio peccantis desipit augur  
Carus eris rome: donec te deserit etas  
Contractatus ubi manibus sordescere vulgi  
Ceperis: aut tineas pasces taciturnus mertes  
Aut fugies uticam: aut vinctus mitteris Ilerdam  
Ridebit monitor non exauditus ut ille  
Qui male parentem in rupes detrusit asellum  
Irratus: quis enim inuitum seruare laboret:  
Hoc quoq; te manet: ut pueros clementia docentem  
Occupet extremis in vicis balba senectus  
Cum tibi sol tepidus plures admouerit aures  
Ne libertino natum patre et in tenui re  
Maiores pennas nido extendisse loqueris  
Ult quantum generi demas: virtutibus addas.  
Ne primis virbis belli placuisse domiq;  
Corporis exigui precanum solibus aptum  
Irasci celerim: tamen ut placabilis essem  
Forte meum si quis te percunctabitur equum  
Ne quater vnde nosciat impleuisse decembres  
Collegam Lepidum quo duxit lollius anno

**E**Finaliter primus epistolarum

**S**equitur secundus liber epistolarum

## Epistolarum

### Argumentum pme epistole libri scdi

**a** D Augustum liber est Nam et apud Suetonium legitur epistola Augusti Horatium arguentis quod ad se non scribat. Excusat ergo se non scribere ne illum tot negocij occupatum impedit et simul eius laudes aggreditur.  
In tota autem epistola subtiliter in fauore poetarum versatur

### Ad Augustum.

Ulm tot sustineas et tanta negocia solus  
Res italas armis ruteris: moribus ornes:  
Legibus emendes incommoda publica pecem  
Silongo sermone morer tua tempora cesar  
Romulus et liber pater et cum castore pollux  
Post ingencia facta deorum in templa receptis  
Dum terras hominumq; colunt genus aspera bella  
Componunt: agros assiguant oppida condunt  
Plorauere suis non respondere fauorem  
Speratum meritis diram qui contudit hydram  
Notaq; fatali porteuta labore subegit  
Comperit iniuidiam supremo fine domari  
Urit enim fulgure suo: qui pergrauat artes  
Infra se positas extinctus amabitur idem  
Presenti tibi maturos largimur honores  
Jurandasq; tuum per nomen ponimus aras  
Nil orturum alias nil ortum tale fatentes  
Sed tuus hic populus sapiens et iustus in uno  
Te nostris ducibus te graijs anteferendo  
Eterna nequaq; simili ratione modoq;  
Aestimat: et nisi quę terris semota suisq;  
Temporibus defuncta videt: fastidit et odit  
Sic fautor veterum ut tabulas peccare vetantes  
Quas bisquinq; viri sanxere: et federa regum

D ii

**Liber Secundus.**

Vel gabijs vel cum rigidis equata sabinis  
Pontificum libros annosa volumina vacum  
Dictitet albano musas in monte locutas  
Si quia grecorum sunt antiquissima queqz  
Scripta vel optima: romani pensantur eadem  
Scriptores trutina. non est. quod multa loquamur  
Nil intra est oleam: nil extra est in nuce duri  
Uenimus ad summum fortune: pingimus: atqz  
Psallimus: et luctamur achiuis doctius vncis  
Si meliora dies ut vina poemata reddit  
Scire velim carthis premium quotus arroget annus  
Scriptore: ab hinc annos centum qui decidet iter  
Perfectos veteresqz referri debet: an inter  
Uiles atqz nouos: excludat iurgia finis  
Est vetus atqz probus: centum qui perficit annos  
Quid: qui deperiit minor uno mense vel anno  
Inter quos referendus erit: veteres ne poetas  
In quos et presens et postera respuit etas  
Iste quidem vetercs interponetur honeste  
Qui vel mense breui vel toto est iunior anno  
Utor promisso caudqz pilos ut equine  
Paulatim vello: et demo vnum: demo etiam vnum  
Dum cadet elusus ratione ruentis acerui  
Quiredit ad festos et virtutem estimat annis  
Miraturqz nihil. nisi quod libitina sacrauit  
Ennius et sapiens et fortis et alter homerus  
Et critici dicunt: leuiter curare videtur  
Quo promissa cadant: et somnia pythagorea  
Neuius in manibus non est: et mentibus heret  
Pene recens adeo sanctu est vetus omne poema



### Epistolarum.

Ambigitur quotiens uter utro sit prior: auctor  
Pacuvius docti famam senis Actius alti  
Dicitur Afrani toga conuenisse Menandro  
Plautus ad exemplar sicuti properare Epicarmi  
Uincere Cecilius grauitate Terentius arte  
Hos edisicit: et hos arcto stipata theatro  
Spectat ruma potens. habet hos numeratq; poetas  
Ad nostrum tempus Lii scriptoris ab quo  
Interdum vulgus rectum videt est ubi peccat  
Si veteres ita miratur: laudatq; poetas  
Et nihil anteferas: nihil illis comparet: errat  
Si quedam nimis antiquq; si pleraq; dure  
Dicere credit eos: ignave multa facetur  
Et sapit et mecum facit et iuste iudicat equo  
Non equidem insecto delendaq; carmina Lii  
Essere or: meminiq; plagosum mihi paruo  
Orbium dictare: sed emendata videri  
Pulchraq; et exactis minimum distantia miroz  
Interg verbum emicuit si forte decorum: et  
Si versus paulo concinnior unus et alter  
In iuste totum dicit. venditq; poema  
Indignor quicquam reprehendi: non quia crasse  
Compositum ille pideve putetur: sed quia nuper.  
Nec veniam antiquis: sed honorem et premia posci  
Recte nec ne crocum floresq; perambulat Alci.  
Fabula si dubitem: clament perisse pudore  
Cuncti pene patres. eacum reprehendere coner  
Quę grauis Alcops: quę doctus Roscius egit  
Vel quia nil rectum: nisi quod placuit sibi dicunt  
Vel q; turpe putat parere minorib: et quę

D. 13

## Liber Secundus

Inberbes didicere senes perdenda fateri  
Nam saliare Numen carmen qui laudat tillud  
Quod mecum ignorat solus vult scire videri  
Ingenijs non ille fauet plauditq; sepultis  
Nostrased impugnat nos nostraq; liuidus odit  
Quod si tam grecis nouitas iniuisa fuisset  
In nobis quid nunc esset vetus aut quid haberet  
Quod legeret tereretq; viritim publicus vsus  
Est primum positis nugari grecia bellis  
Coepit: tui vicium fortuna labier equa  
Nunc athletarum studijs nunc arsit equorum  
Marmoris aut eboris fabros aut eris amauit  
Suspendit picta vultum mentemq; tabella  
Nunc cubicinibus nunc est gauisa tragedis  
Sub nutrice puella vclut si luderet infans  
Quod cupide petijt: mature plena relinquit  
Quid placet aut odio est quod non mutabile credas  
Hoc paces habuere bone ventiq; secundi  
Rome dulce diu fuit t solenne reclusa  
Mane domo vigilare: clienti promere iura  
Cautos nominibus certis expendere nummos  
Maiores audire minori dicere per quę  
Crescere res posset minui daninosa libido  
Mutauit mentem populus leuis t calet uno  
Scribendi studio pueriq; patresq; seueri  
Fronde comas vincit coenant: t carmina dictant  
Ipse ego qui nullos me affirmo scribere versus  
Inuenior partibus mendator t prius orto  
Sole vigil calatum t chartas t scrinia posco  
Nauem agere ignarus nauis timet abrotanum egro

## Epistolarum.

Non audet nisi qui didicit dare: quod mediocrum est  
Promittunt medici: tractant fabilia fabri  
Scribimus indocti doctiqz poemata passim  
Hic error tamen et leuis bec insania quantas  
Virtutes habeat: sic collige. vatis auarus  
Non temere est animus versus amat: hoc studet vnu  
Detrimenta fugas seruorum incendia ridet  
Non fraudem socio puerove incogitat ullam  
Pupillo. viuit siliquis et pane secundo  
Milicie quamqz piger et malus: utilis virbi  
Si das bec parais quoqz rebus magna iuuari  
Os tenerum pueri balbumqz poeta figurat  
Torquet ab obscenis iam nunc sermonibus aurcs  
Mox etiam pectus preceptis format amicis  
Asperitatis et inuidie corrector et ire  
Recite facta refert orienzia tempora notis  
Instruit exemplis inopeim solatur et egrum  
Castis cum pueris ignara puella mariti  
Disceret vnde preces vatem nisi musa dedisset  
Poscit opem chorus: et presentia numina sentit  
Ecelestes implorat aquas docta prece blandus  
Avertit morbos metuenda pericula pellit  
Impetrat et pacem et locupletem frugibus annum  
Carmine dij superi. placantur carmine manes  
Agricole prisci fortis paruoqz beaci  
Condita post frumenta lcuantes tempore festo  
Corpus et ipsum animum spes finis dura ferentem  
Cum socijs operum pueris et coniuge fida  
Tellurem porco: siluanum lacte piabant  
Floribus et vino genuinum memorrem breuis qui



## **Liber Secundus**

Fascinata per hunc inuenta licentia morem  
Versibus alternis opprobria rustica fudit  
Libertasq; recurrentes accepta per annos  
Lussic amabiliter donec iam seu us apertam  
In rabiem coepit verti iocus: et per honestas  
Irc domos impune minas. doluere cruento  
Dente lacesisti. fuit intactis quoq; cura  
Condicione super communi quin etiam lex  
Poenaq; leta: malo. que nollet carmine quendam  
Describi. vertere modum formidine fustis  
Alio benedicendum delectanduimq; redaci  
Grecia capta serum victorem cepit: et artes  
Intulit agresti latio. sic horridus ille  
Defluxit numerus saturnius et graue virus  
Mundicie pepulere: sed in longum tamen eum  
Manserant hodieq; manent vestigia ruris  
Serus enim grecis admouit acumina chartis  
Et post punica bella quietus querere coepit  
Quid Sophocles et Lespis et Alcestibus utile ferrent  
Temptauit quoq; rem si digne vertere possit  
Et placuit sibi natura sublimis et acer  
Nam spirat tragicum satis et feliciter audet  
Sed turpem putat in scriptis: metuitq; lituram.  
Creditur ex medio quia res accessit here  
Sudoris minium sed habet commedia tanto  
Plus oneris: quanto venie minus aspice Plautus  
Quo pacto partes tutetur amans ephebi  
Ut patris attenti: leonis et insidiosi  
Quantus Dorsennius edacibus in parasitis  
Quam non astricco percurrat pulpita socco

## Epistolarum.

Gestit enim nummum in loculos demittere. post hac  
Securus cadat an recto stet fabula talo  
Quem tulit ad scenam ventoso gloria curru  
Examinat latus spectator sedulus inflat  
Sic leue: sic paruum: est aim quod laudis auarum  
Subruit aut reficit: valeat res ludicra si me  
Palma negata macrum donata: reducit opimum  
Sepe etiam audacem fugat hoc terretq; poetam  
Quod numero plures virtute & honore minores  
Indocti stolidiq; & depugnare parati  
Si discordet eques media inter carmina: poscunt  
Aut vrsus aut pugiles: his nam plebe cula gaudet.  
Uerum equitis quoq; iam migravit ab aure voluptas  
Omnis ad incertos oculos & gaudia vana  
Quattuor aut plures aulea premuntur in horas  
Dum fugiunt equitum turmæ peditumq; cateruq;  
Mox trahitur manibus regum fortuna retortis  
Esse da festinant. pilenta: petorita nauis  
Captiuum portatur ebur: captiuua corinthus  
Si foret in terris rideret Democritus: ac si  
Diversum confusa genus panthera camelo.  
Siue elephas albus vulgi conuerteret ora  
Spectaret populum ludis attentius ipsis  
Ut sibi præbentem nimo spectacula plura  
Scriptores autem narrare putaret asello  
Fabellam surdo: nam que peruincere voces  
Equaluere sonum: referunt quem nostra theatra  
Garganum mugire potes nemus aut mare tuscum  
Tanto cum strepitu ludi spectantur & artes  
Divitieq; peregrine: quibus oblitus actor

E i

## Cliber Secundus

Cum stetit in scena concurrat dextera leue  
Diris adhuc aliquid: nil sane: quid placet ergo?  
Lana tarentino violas imitata veneno  
Ac ne forte putas me que facere ipse recusem  
Quicq; recte tractent aly: laudare maligne.  
Ille per extentum funem mibi posse videtur  
Ire poeta: meum qui pectus inaniter angit  
Irritat mulcet falsis terroribus implet  
Uit magus: et modo me thebis modo ponit athenis  
Ulerum age: et his qui selectori credere malunt  
Quam spectatoris fastidia ferre superbi  
Curam redde breuem si munus apolline dignum  
Elis completere libris et vatibus addere calcar  
Uit studio maiore petant heliconavirentem  
Multa quidem nobis facimus mala s;pe poete  
Uit vineta egomet cedam mea: cum tibi librum  
Sollicito damus aut fesso: cum ledimur vnum  
Si quis amicorum est ausus reprehendere versum  
Cum loca iam recitata reuoluimus irreuocati  
Cum lamentamur non apparere labores  
Hostros: et tenui deducta poemata filo  
Cum speramus eo rem venturam: ut simul atq;  
Carmina rescieris nos fingere commodus vltro  
Accersas et egere vetes: et scribere cogas  
Sed tamen est opere precium cognoscere: quales  
Traditios habeat belli spectata domiq;  
Uirtus indigno non committenda poete  
Gratus Alexandro regi magno fuit ille  
Cherilus: incultis qui versibus et male natis  
Retulit acceptos regale nummisima philippos

## Epistolarum

Ac potius puer ut festis quinquatribus olim  
Exiguo gratoq; fruaris tempore raptim  
Pauperies immunda procul domus absit: ego verum  
Haue ferar magna an parua ferar vnus & idem  
Non agimus cum iudis velis aquilonc secundo  
Non tamen aduersis etatem ducimus austri  
Uiribus:ingenio:specie:virtute:loco:re:  
Extremi primorum:extremis usq; priores  
Non es auarus abi:quid cetera:iam simul isto  
Cum vicio fuge:rite caret tibi pectus inani  
Ambitione.caret mortis formidine & ira  
Somnia.terrores:magicos.miracula:sagas  
Nocturnas lemures:portentaq; thessala rideo  
Matales gratae numeras:ignoscis amicis  
Zenior & melior sis accedente senecta  
Quid te exempta iuuat spinis de pluribus tua  
Iuuere si nescis:decede peritis  
Lusisti satis:edisti satis:atq; bibisti  
Tempus abire tibi est:ne potum largius equo  
Rideat:& pulset lasciva decentius etas

Sor. J. G. Paderb.

Finis secundi epistolarum liber Impressum  
Dauentrie per me Richardum pafract. Anno  
domini Millefimo quingentesimo quarto in p  
fecto Simonis et Jude.;